



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

8. An dictâ sententia Iudex adeò desinat, ut circa eam nihil mutare, emendare, supplere, declarare possit? an retractari valeat ob instrumenta de novo reperta?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**



*ff. de re jud.* Eo amplius, si vel in cálculo erraverit, sententia nulla est. Ut si dixerit. Cum constet Titium Seio ex illa causa 50. ex alia 25. debere: Titium Seio in 100. condemno *L. 1. §. 1. ff. Quæ sent: sine appell: res: L. 2. C. de re jud.* Si in actis scriptum sit, Pronunciassse iudicem, nec tamen adjectum, sedentem pro tribunali de scripto: an præsumantur solennitates intervenisse? Negat *Bald: in L. 1. C. de sent. ex peric. recit.* motus Bartholi placito, quo dixit solennitates extrinsecas non præsumi intervenisse, nisi ex verbis appareat. *L. 13. §. ult: ff. de Publ: in rem act.* Nobis contrarium videtur verius. *arg. §. si scriptum. Inst: de inut. stip.*

8. Dicta sententia, Judex esse desinit, nec mutare eam potest, quia finiendo litem officio suo functus est. *L. quod iussit. 14. ff. de re jud.* Actorum tamen verba tenore sententiæ perseverante emendare potest. *L. 66. ff. eod.* Potest & supplere eâdem die: quæ ad consequentiam statutorum pertinent. v. gr. si in prolatione sententiæ omisit condemnationem in expensas, fructus, poterit supplere eâdem die, non verò postea. *L. Paulus. 42. ff. de re jud.*



jud: Adjiciunt interpretes aliqui, posse etiam declarare sententiam suam, si modo sit maior, vel ordinarius Judex: nam si minor veluti pedaneus, sententiam ejus declarandam existimant ab eo, à quo datus est. sic Accurs: in L. 2. C. de sent. ex peric: re- cit: Nobis non placet ea distinctio, quin ita existimamus. Si verum est Judicem sententiam suam declarare posse, utrumq; posse tam pedaneum quàm ordinarium, quia nullo jure cautum reperimus. AN retrahari possit ob instrumenta de novo reperta, aut errorem calculi? Negamus. propter cap: inter monasterium. cap: suborta. 21. h. tit. L. sub pretextu. C. de transact. Nisi lata sit ex præsumptionibus, aut in causâ matrimoniali, aliisq; casibus exceptis, de quibus Gl: in cap. lator. 7. h. t. Undè solum auctoritate rei judicatæ non repetitur tanquam indebitum. L. 1. C. de condict: indebiti.

9. Alios quoque effectus generat sententia definitiva: nam præterquam quod jus inter partes faciat. cap. inter monasterium. cit. producit actori actionem judicatis, reo exceptionem, id est, producit actori pro

O

ri pro